Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Y A S

et dixit mihi. Seruus meus es
tu israel quia in te glorior. Et ego dixi
In uacuum laborauj sine causa et ua
ne fortitudinem meam consumpsi
Ergo iudicium meum cum domino
et opus meum cum deo meo. Et nunc
hec dicit dominus. Formans me
ex utero seruum sibi ut reducam ad
eum iacob et israel congregabitur et
glorificatus sum in oculis domini et
deus meus factus est fortitudo mi
et dixit. Parum est ut sis michi se
rus ad suscitandas tribus iacob
et feces israel conuertendas. Dedi te
in lucem gentium ut sis salus mi
usque ad extremum terre. Hec dicit do
minus redemptor israel sanctus eius
ad contemptibilem animam. ad ab
hominatam gentem. ad seruum do
minorum. Reges uidebunt et con
surgent principes et adorabunt pro
dominum quia fidelis est et sanctum
israel qui elegit te. Hec dicit dnus.
In tempore placito exaudiui te et
in die salutis auxiliatus sum tibi
et seruaui te et dedi te in fedus pli
ut suscitares terram et possideres he
ditates dissipatas ut diceres his
qui uincti sunt exite et his qui in te
nebris sunt reuelamini. In uiis pa
scentur et in omnibus planis pas
tua eorum. non esurient neque sit
ient et non percutiet eos estus et sol
quia miserator eorum reget eos
et ad fontes aquarum potabit eos
Et ponam omnes montes meos in
itinere et semite mee exaltabuntur
Ecce isti de longe uenient et ecce
illi ab aquilone et mari et isti de terra
australi. Laudate celi et exulta ter
ra iubilate montes laudem qua
consolatus est dominus populum suum
et pauperum suorum miserebitur et
dixit syon. Dereliquit me dominus
et dominus oblitus est mei. Num
quid obliuisci potest mulier infan
tem suum ut non misereatur filio
utero sui. Et si illa obliti fuerit e
go tamen non obliuiscar tui. Ecce in
manibus meis descripsi te. muri u
tui coram oculis meis semp. Vene
runt structores tui destruentes te et
dissipantes te exhibunt. Leua in
circuitu oculos tuos et uide omnes
isti congregati uenerunt tibi. Viuo
ego dicit dominus. quia omnibus
his uelut ornamento uestieris et
circumdabis tibi eos quasi sponsa
Quia deserta tua et solitudines tue
et terra ruine tue nunc angusta erit
habitatoribus et longe fugabuntur
qui absorbebant te. Adhoc dicent
in auribus tuis. filii sterilitatis tue
angustus est michi locus. fac spati
um michi ut habitem. Et dices in cor
de tuo. Quis genuit michi istos.
Ego sterilis et non pariens. transmi
grata et captiua. Et istos quis enu
triuit. Ego destituta et desolata. Et
isti ubi erant. Hec dicit dominus
deus. Ecce leuabo ad gentes manum
meam et ad populos exaltabo signum
meum. Et afferent filios tuos in
ulnis et filias tuas in humeris por
tabunt. Et erunt reges nutricii tui
et regine nutrices tue. Vultu mitta